



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

VIII. Die Markgrafen Otto und Conrad bestätigen für immer die Vermessung der Aecker Hardenbeck, am 2. Februar 1288.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

firmam perpetuis temporibus irrefragabiliter observare, Ita quod agriculturam et campum similiter ipsius curie non faciemus deinceps per aliquem advocatorum nostrorum aut officialium cum distributionis funiculo dimetiri. Quicquid vero lignorum, graminum, aquarum, paludum et pratorum intra metas pretacte curie per nostros milites predictos nunc factas, continetur et situm est, id ad eandem curiam cum omni utilitate sine diminutione aliqua perpetuo permanebit. Igitur, ut huiusmodi dimensionis ordinatio per nos nostrosque successores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat, aut etiam retractari, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus, et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Huius rei testes sunt Tethardus de Wozftrow, Ludolfus de Bekendorp, Henricus venator, advocatus Iewenwoldensis, et quamplures alii fide digni. Datum turiglow, anno domini MCC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup> per manum Bernardi, nostre curie notarii et cappellani, in die purificationis sancte marie virginis.

VIII. Die Markgrafen Otto und Conrad bestätigen für immer die Vermessung der Hecker in Hardenbeck, am 2. Februar 1288.

Nos Otto et Conradus, dei gracia marchionis Brandenburgenses, recognoscimus presentibus protestantes, quod dimensionem agrorum ville videlicet hardenbeke per Burchardum de Bellinge et Johannem de Sydow, nostros milites, nunc factam, volumus ratam et firmam perpetuis temporibus irrefragabiliter observare. Nec campum ejusdem ville faciemus deinceps per aliquem advocatorum nostrorum aut officialium futuris temporibus cum distributionis funiculo dimetiri. Quicquid vero lignorum, graminum, paludum aut pratorum intra markas ville predictae, per nostros milites nunc factas, continetur et situm est, id cives ipsius ville cum omni utilitate sine diminutione aliqua integre sibi perpetuo referuabunt. Igitur, ut huiusmodi dimensionis ordinatio per nos nostrosque successores hereditarios immutari nequeat, aut etiam retractari, presentes litteras in ejusdem testimonium desuper conscribi iussimus, et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Huius rei testes sunt Thiethardus de Wozftrow, Ludolphus de Bekendorp, Berenhardus nostre curie Notarius, et quamplures alii fide digni. Datum Pozewalk, Anno Dom. MCCLXXXVIII. in die purificationis Beate virginis.

IX. Der Ritter Dieterich von Kerkow und seine Söhne: die Ritter Ludwig und Georg, stiften einen Altar in der Klosterkirche, und verkaufen derselben Grundbesitzungen in Hardenbeck und in Boizenburg, um 1289.

Univerfis presentibus et futuris, hanc paginam inspecturis, Theodericus miles dictus de Kerkowe, Lodevicus et Georgius milites, filii eius, pacis abundantiam cum salute. Quo-